

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des **Mittelalters.**



Elfter Band.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1886.

XVIII.

Mittheilungen

aus

H a n d s c h r i f t e n.

Von

Ernst Dümmler.

I.

Ein theologisches Gutachten für Ludwig den Deutschen.

Dieselbe Wiener Handschrift 956, über welche schon oben (S. 233) gehandelt wurde, enthält auf f. 105'—106' von einer Hand des 10. Jahrh. das nachfolgende Schriftstück (ohne Ueberschrift), dessen Abschrift ich ebenfalls Herrn Dr. Herzberg-Fränkell verdanke. Denis, der zuerst davon Nachricht gab (Codices biblioth. Vindobon. I, 1040), vermuthete, dass unter der unerhörten Hungersnoth, von welcher am Schlusse die Rede ist, diejenige gemeint sei, über welche Rudolf von Fulda zum J. 850 uns eingehendere Kunde hinterlassen hat (SS. I, p. 366). Wenn dies richtig ist, so kann unter dem zuletzt angeredeten Herrn offenbar nur Ludwig der Deutsche verstanden werden, dessen Theilnahme für wissenschaftliche, namentlich theologische Fragen und Schriften hinlänglich bekannt ist. (S. meine Gesch. des Ostfränk. Reiches II, S. 854).

Zweifelhafter bleibt, wer den kleinen Aufsatz, der in verhältnismässig gutem Latein geschrieben ist, verfasst haben mag. Wenn es vielleicht am nächsten liegt, an den Erzbischof Hraban von Mainz zu denken, dessen freundliche Beziehungen zu seinem Landesherrn für die späteren Jahre seines Lebens ausser Zweifel stehen, so ist immerhin diese Annahme nicht unbedingt nothwendig und es fehlte in Ludwigs Umgebung wohl nicht an anderen gelehrten Männern, die dieser Aufgabe gewachsen gewesen wären.

Suffocatum vocamus animal, quod a lupo seu urso et aliqua bestia strangulatum vel laceratum est; huiuscemodi carne abstinendum dicimus nec in usum vescendi tale aliquid presumendum. Quod vero a cane captum fuerit, non computamus inter suffocata, quia hominis est venatio, quem canis comitatur, cuius sagaci odoratu et pernici agilitate homo utitur in animalis captione, ipsaque captio non cani, sed homini assignatur. Nam et nos, cum scribimus, scripturam ipsam non calamo, quo litterae caraxantur, sed scriptoris manui deputamus. Pari modo de pedicis vel laqueis ceterisque huiuscemodi sentien-

dum, quæ omnia humanum ingenium et artificiosa repperit industria. Universaliter itaque licet concludere quicquid hominis exercitio, arte vel calliditate capitur, non debere inter suffocata numerari, nec aliquo delicto adstringi eum qui huiusmodi cibum cum gratiarum actione presumpserit. Querunt etiam multi, utrum animal in aqua necatum suffocatum dici debeat vel si id in escam haberi oporteat. Nam sepe contingit¹ onagrum aut cervum vel aliquod comestibile animal latratu insequentium canum exagitatum minaci se immergere fluvio et in alieno elemento, id est aqua necari. Nec² tamen ideo inter suffocata computatur, quia homo in causa est et eius est venatio; nam et piscis cum de aqua extrahitur, in alieno elemento moritur, id est in aere. Nec tamen ideo suffocatum vocatur aut humano esui interdicitur. Non dispar etiam modus in aucupio intelligendus est. Sive etiam columba aut grus vel anser aut quæcumque avis ab accipitre vel capo, id est falcone mansueto, vel qui manum hominis recognoscat, captum evisceratumque fuerit, non est suffocatum dicendum, quia ab homine captum est, cui naturæ rationabilitas in capiendis avibus famulatur. Et quicquid laqueo vel retibus vel visco fallente capitur nomen suffocati excusat et absque crimine comeditur; sanctificatur enim per fidem et divini nominis sanctificationem. Inter haec occurrit memoriae, quod apostolus³ dicit: 'Omnia munda mundis'; et alibi⁴: 'Omnis creatura bona et nihil inmundum eorum quæ deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus'; cum ergo omnia munda mundis esse decernat omnemque creaturam bonam esse diffiniat, patet profecto, nihil per se inmundum atque ideo nihil dampnandum⁵, nihil reiciendum; quare ergo sancti apostoli a suffocatis nos prohibent, si omnia munda et bona sunt? Dicam quod sentio, et si minus auctoratum, non tamen nimis ineptum. In initio nascentis ecclesiae erant⁶ plurimi ex Iudeis, qui crediderant et legem tamen adhuc observare volebant, dicentes, circumcisionem et sabbatum ceteraque legis instituta debere ab his qui ex gentibus crediderant custodiri, eosque secundum morem ingredi; non enim poterant subito quod diu tenuerant oblivisci, et quem semel inbiberant saporem⁷, cito dediscere. Ne ergo tales turbarentur et novitas fidei scandalizaretur, idcirco sancti apostoli iugum legis a gentibus auferre volentes, sublati maximis modica quæ legis erant ab illis observari permiserunt, precipientes, ut abstinerent a suffocato, quod utique lex pre-

1) 'contingit' Hs. über der Zeile nachgetragen. 2) 'Nec — in aere' am unteren Rande von anderer gleichzeitiger Hand. 3) Tit. 1, 15.
 4) 1 Tim. 4, 4. 5) 'p' von and. Hand eingeschoben. 6) 'erant' von and. Hand.
 7) Vgl. Hor. Ep. 1, 2, 60—70 'Quo semel est imbuta recens servabit odorem | testa diu'.

cipit dicens¹: 'Morticinum et captum a bestia non comedetis; nam et apostolus cum de idolothitis loqueretur, hoc est de illis qui idolis immolantur ait²: 'Si quis infidelium vocat vos ad cenam et vultis ire, omne quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam' et alibi³: 'Omne quod venit in macello manducantes, nihil interrogantes propter conscientiam⁴'. Quibus verbis omne⁵ ostendit, quod ex fide et cum gratiarum actione percipitur, bonum esse et nequaquam reum facere comedentem, exulante duntaxat concupiscentia et desiderio gulae, quae sola delicti causa est et origo. Unde et apostolus⁶: 'Carnis', inquit, 'curam ne feceritis in desideriis'. Et beatus pater Augustinus⁷ ait: 'Non ego obsonii immundiciam, sed immunditiam cupiditatis⁸'. Denique Adam primus parens hominum in paradiso non carnem, sed pomum vetitum comedens, reprobatus est et in huius mundi exilio detrusus; Helias vero⁹ in deserto carnes comedit¹⁰, nec tamen deum offendit, quia necessitate, non concupiscentia fecit. Quantum itaque ad naturam, quae bona est, licet¹¹ uti his, sed non expedit consuetudine prohibente. Si enim viderem aliquem hęc vel alia comedentem, quae consuetudo respuit, execrerer, refugerem pariterque vescentem et quo vesceretur contaminatum abhominatumque clamarem. Sit ergo in nobis scientia, qua noverimus, omnia esse bona, sit caritas qua multorum consuetudini condescendamus usuque cedamus. Haec sane non ita scribo, quasi meam insolenter velim sententiam defendere, cum potius saniori paratus sim intellectui cedere, et si evidens rectius inspiraverit illi palmam dare, eiusque me cupiam magisterio libentissime subdere. Si enim nihil boni ex bonis habemus, nihil in nostris inventionibus, nisi quod veritas prescribit, amare debemus. Nunc vestram, domine mi desiderantissime et totis diligende precordiis, obsecro maiestatem, ut quia precepto vestro, non ignarus proprie mediocritatis, parere studui, consulatis necessitati meae, exoneretis¹² verecundiam, detis veniam ignorantiae, faveatis devocioni; fatebor certe nostram miseriam, nec pudor mihi obstat. Cotidie nos hostis armis circumtonat, continua rerum nos adterunt dispendia, famis quoque inaudita penuria per omnem nostram crassatur regionem. His et aliis innumeris pro peccatis nostris adtriti calamitatibus, oramus, ut manum largissimam ad nos usque dignemini extendere. Hoc siquidem meritis vestris condecet et nomini ac gloriae vestrae non parum proficiet, sed et nos in æternum et fidelissimos servos et devotos oratores vobis acquirat.

1) Lev. 17, 15. 2) 1 Cor. 10, 27. 3) 1 Cor. 10, 25. 4) 'et alibi — conscientiam' am unteren Rande von andrer Hand. 5) 'omē' Hs. 6) Rom. 13, 14. 7) 'Et — Augustinus' auf Rasur. 8) Hier fehlt in der Hs. das Zeitwort, ohne dass eine Lücke wäre. 9) 'vero' von andrer Hand. 10) Vgl. 3 Reg. 17, 6. 11) 'licet' von andrer Hand. 12) Corrigiert aus 'exoneratis' Hs.

II.

Gedichte auf den heiligen Martin.

Die Wolfenbütteler Handschrift des 10. Jahrh. Gudianus 191, unbekannter Herkunft, aus 62 Blättern in Quarto bestehend, enthält f. 1—40 *Sedulii Carmen Paschale* mit dem Epigramme und der prosaischen Widmung an Macedonius bis l. V, v. 424 und ist von Joh. Huemer für die neue Ausgabe nicht benutzt worden. Zahlreiche lateinische Glossen stehen zwischen den Zeilen und auf f. 18 folgende Randbemerkung: 'Waltelmus ivit ad comitem et expoliavit Siefredum', weiter unten 'Ivo presbiter noster defuntus est'. Auf f. 41—56 folgt Iuvenci *Hist. evangel.* von l. III, v. 6 bis IV, v. 304, so dass die Verse fortlaufend geschrieben sind. Auf den Inhalt der folgenden Blätter, der einer Hand etwa aus dem Ende des 11. Jahrhunderts zu verdanken ist, hatte Herr Oberlehrer Dr. W. Brandes in Braunschweig die Güte, mich aufmerksam zu machen. Nach den unten abgedruckten Gedichten folgen auf f. 61—62 noch einige prosaische Bruchstücke, wie 'De nominibus IIII orationum episcoporum et populi in missa' und 'De diebus Aegyptiacis'. Dass die Blätter 57—60 in falsche Ordnung gekommen sind, hoffe ich durch den Abdruck zu zeigen. Der Herausgabe erwachsen grosse Schwierigkeiten theils dadurch, dass von f. 57 und 60 am unteren Seitenrande ein Stück abgerissen war, theils weil das Ganze nur ein Entwurf ist mit vielen Rasuren, Durchstreichungen und Aenderungen von ziemlich gleichzeitiger Hand. Der Text ist daher keineswegs durchweg mit Sicherheit herzustellen, jedenfalls handelt es sich um poetische Uebungen einer Klosterschule, an denen herumgebessert wurde.

Die Quelle von Nr. I, einer in elegischem Versmasse verfassten Wundergeschichte aus Tours, deren Anfang fehlt, ist mir unbekannt geblieben, bei Gregor von Tours findet sich dieselbe jedenfalls nicht. Nr. II ist eine wortreiche Umschreibung des Anfangs des ersten Dialogs des Sulpicius Severus (ed. Halm p. 152). Die einzelnen Zeilen, von denen immer je zwei auf einander reimen, sind trochäische Zehnsilber, doch wird diese Silbenzahl nicht durchweg ausgefüllt. III, ebenso wie die folgenden Stücke in Hexametern abgefasst, beruht auf dem Schlusse von I, c. 48 der *Historia Francorum* Gregors von Tours, den es sehr getreu wiedergiebt. IV—VI, das letzte nur ein kleines Bruchstück, stehen in dem gleichen Verhältnis der Abhängigkeit zu den *Miracula S. Martini* I, c. 4—6 des nämlichen Geschichtschreibers. Nirgend hat der Dichter einen eigenen Gedanken hinzugethan, sondern überall nur den Inhalt seiner Vorlage etwas weitläufiger umschrieben. Dass er die Werke Gregors von Tours in weiterem Umfange gekannt

habe, ist nicht nothwendig anzunehmen, da gerade die von ihm benutzten Capitel wohl einzeln vorkommen und z. B. im Anschlusse an die Schriften des Sulpicius Severus über den heil. Martin in der vielleicht aus Fulda stammenden römischen Handschrift Palatinus 845 aus dem 9. Jahrh. sich vorfinden, s. deren Beschreibung bei Reifferscheid, *Bibl. patr. Ital.* I, 303, *Fortunati opp. poet. ed. Leo* p. XXII. Aus dem Umstande, dass gerade der heil. Martin verherrlicht wird, auf die Entstehung unserer Verse in Tours oder dessen Nähe zu schliessen, scheint mir bei der weit verbreiteten Verehrung dieses Heiligen nicht erforderlich. Von den antiken Dichtern war dem unsrigen namentlich Ovid bekannt.

Ich bemerke beiläufig, dass in der Wolfenbütteler Hs. Helmstad. 1008, über welche schon einmal in dieser Zs.¹ gehandelt wurde (I, 420), sich auf f. 1' in Gold mit Purpur geschrieben dieselben Verse auf Gregor den Grossen finden, die ich X, 355 herausgegeben habe, aber mit der sonderbaren Verkürzung, dass hier nur v. 1—2, 5—7 und 13 Aufnahme gefunden haben (ohne weitere Abweichungen, als dass in 6 'officiis' geschrieben steht).

I.

- f. 58. Cum subit ecclesiam suus adversarius ipsam,
 Solvebant pariter vota, sed alter ait
 Ad socium: 'Quid, amice, tibi, quid, amice, videtur
 De nummis, mihi quos reddere te ratio est?
 5 Cras, puto, si memor es, repetendi terminus esset'.
 Cui peregrinus ait: 'Ecce tuos solidos,
 Si vis, es habeas quod gratior optulit hora'.
 Barbarus obstupuit, nam nova cuncta videt;
 Inmemor ipse sui quasi furtim tractus ab oris
 10 Suspicit ecclesiam Turonicosque patres.
 'Cuius in ecclesia sumus', inquit, 'nos modo, sodes,
 Carpinus an sompnos, an vigilamus ita'?
 Cui 'Vigilamus', ait, 'et in ecclesia sumus ambo
 Sancti Martini, tolle tibi solidos'.
 15 Astupet ipse sibi, 'Certum est' exactor ait 'quod
 Sanctus Martinus te vehementer amet.
 Ad nos huc pariter perduxit, namque domi esse
 Ipse contemplabar, sicut eram vigilans.

2 Met. IX, 708 'Vota pater solvit'. 4 'mihi' 'te' übergeschrieben.
 5 'esses' Hs. 8 'ostupuit' Hs. 9 Met. X, 171 'Inmemor ipse sui'.
 'ceu' verb. 'quasi' Hs. 15 Met. III, 418 'Adstupet ipse sibi'. 17 'Ad
 — perduxit' durchgestrichen.

1) Herr Bibliothekar Milchsack machte mich darauf aufmerksam, dass daselbst statt des unverständlichen 'FR' vor 'Iohanni' ebenfalls 'Ter' zu lesen sei.

- Ecclesiamque perinde petens orare videbar,
 20 Qualiter huc veni, nescio, scit Dominus.
 Sed (quia) tam tibi munificus fuit atque benignus
 f. 58'. Presulis optentu conditor astripotens,
 Ut tibi propicius sit semper Spiritus almus,
 Quod ferus extiterim, queso, remitte michi.
 25 Ast egomet totam tibi iam condono querelam,
 Immo fidelis ero dux et amicus ego.
 Utque reconciliet Dominum quoque semper apud nos,
 Sancti Martini demus eos solidos
 Canonicis, ut pro nobis specialius orent'.
 30 Annuit ille quidem: de solidis igitur
 Oblatis domnus sibi Mauricius tulit unam
 Particulam, qui tunc talibus intererat.
 Sic Alemannus, opem qui tam devotus adibat
 Sancti, scilicet hic ut vir opimus equis,
 35 Tradidit inde novo pocio rem blandus amico.
 Per moderatas tunc prospera dante Deo
 Dulciter in patriam cursum tenuere dietas.

II.

INCIPIT DIALOGUS SULPICII SEVERI.

- Cum in unum locum secrecius
 Convenissem ego et filius
 Noster Gallus mecum, qui etiam
 Et mihimet propter memoriam
 5 Martini, nam eius discipulus
 f. 57. Extiterat, erat carissimus,
 Intervenit nobis inprovidē
 Postumiens nostre dux ethice
 Intra gentes Orientalium,
 10 Quo se votus ante triennium
 Hospes nostri causa in advenam
 Transtulerat relinquens patriam,
 Regressus: sic complexus sum

19 'modo repetens' verb. 'perinde petens' Hs. 21 'Sed quia te tanti meriti prescivit apud se' H. 1 austr., 'acque' H., 'benignus' undeutlich. 22 'optentu sive piis precibus' H. 1. 25 'egomet' H. 27 'Ut roget ad dominum pro nobis hic et in evum' H. 1. 28 'Sancto Martino' H. 1. 29 'Canonicis' verb. 'onicis' H., 'specialiter' verb. 'specialius' H. 30—31 'Annuit alter ei sed et ex hisdem perhibetur | Partem Mauricius ille tulisse suam' H. 1. 31 'unam tulit' urspr. 32 'Vtpote qui tantis presens interfuit actis' H. 1, 'interinerat' 'in' getilgt H. Nach 32 folgte 'Hecque retractabat testis ubique pius' H. 1. 33 'Sed Alemannus homo veteri coniunctus amico' H. 1, 'tunc' verb. 'Sic'. 34 Vor 'ut' ist 'vir' getilgt, 'Sancti Martini scilicet alter eques' H. 1. 36 'Tres equitaturas emit dehinc per moderatas' H. 1. II. 'sulpii' H. 1. Nach 6 '(Propter) ob sua merita (ampla pocius) amplius' H. 2. 8 'Postumiens' H., 'Postumianus' Sulp. Sev. 10 'hospes' verb. 'votus' H. 11 'Nostri votus causa in advenam' H. 1 durchgestrichen.

- Hominem amantissimum,
 15 Exosculansque sepe numero
 Quam affectu tam desiderio
 Vultum eius atque vestigia.
 Spacia tum cum competencia
 Legissemus nos atque ocio,
 20 In terram sic flentes pre gaudio
 Ciliciis iectis consedimus.
 (Tum) prior ita carissimus
 . . incessanter me intuens
 (rem)otis Menfios
 25 . . . a temptare libuit
 . . . navis honusta tremuit
 Narbonam petens cum mercibus,
 (Quas) solvere parabat idibus.
 f. 57'. Nocte ipsa astare (vis)us es
 30 Visio que ac si me traerem,
 Ut carinam conscenderem
 Mox rumpente caliginem
 Diluculo, stat quo quieveram
 Cum surgerem, sompnium . . .
 35 Meum ipse mecum ter reputans,
 Ut spem mater filio obtitans
 Tanto tui sum desiderio
 Credas, velim, correptus subito
 Navim illam mox ut conscenderem,
 40 Quo Massiliam peterem,
 Donec per tot provincias
 Ventum foret in Gallias.
 Massiliam die tricesim(a)
 Apulsus sic inde huc decim(a)
 45 Pervenerim: prospera adeo
 Dei nutu fit navigacio.
 Tu modo cuius gratia
 Terrarum tanta spacia

17 'Os eius tum pedes tum genu' H. 1, 'os atque' verb. 'os et' verb. 'acque' H., nach 17 folgt eine fast unleserliche Zeile 'Cum de . . . m gratam pro . . m'. 19 'nos' übergesch. 'loqua (vix) getilgt' 'atque otio' H. 20 'in viridi' H 1. Von 21 an bis 28 fehlen einzelne Buchstaben am Anfange der Verse. 22 'que' H. 'hec' getilgt 'inquit' verb. 'ita' H. 23 'umiens' übergesch. 'intuens', 'inianter' verb. 'incessanter'. 24—25 vgl. Sulpic. Sev. 'cum essem in remotis Aegypti locis, libuit ad mare usque procedere'. 24 'alte corthecios' verb. '. . otis menfios'. 25 'na' vor 'temptare'. Nach 31 'Massiliam vel quo caperem' H 1. 32 'noctis' nach 'rumpente' getilgt. 33 'ubi' verb. 'stat quo' H. 34 Nach 'sompnum' 'eu . am' H. 35 'his' verb. 'ter' H. 36 'rem' verb. 'spem'. 39 'hic' verb. 'mox' H. 40 'Massiliamque quo tenderem' verb. 'peterem' H 1. 43 'Masilia' H. 46 'tunc' verb. 'fit' H. 47 Nach 'gratia' 'transcurri (?) (übergesch. 'conmeravi') tot'.

III.

- f. 60. Quod si quis querit, cur post obitum Gaziani
 Presul alter, id est Lidorius, unicus esset
 Usque ad adventum Martini, noverit orbis,
 Quod nova metropolis Turonus post tempora longa
 5 Exors pontificis penitus fuit et sine sacris.
 Nam tunc christicole sacra sub latebris celebrabant
 Occulte, quia si tales huc forte reperti
 Essent, heu, sub sacrilego duce verberibus mox
 Afficiebantur aut tractabantur ut agni.
 10 A Domino passo summa est hec: dinumerantur
 Quadringenti anni duodeni, quo requievit
 Sanctus Martinus virtutibus almus ubique.

IV.

- Ergo Severinus, Colonensis episcopus aptus,
 Dum patre traducto loca circumiens sacrosancta
 (Ymnos m)atutinos oraret tempore toto,
 (Audit) sublime choros super astra boantes.
 5 ic archicola(m) querebat, utrum vox
 (Illa) repercuteret sua corda: 'Quid', inquit, 'habetur'?
 '(In)de', ait, 'exauri medullitus auribus audi'.
 Iunior ad superos extendere colla parabat
 Auribus erectis summos super articulos stans,
 f. 60'. 10 Sed non equalis meritis (hic) puto fuisse(t),
 A quo concentus non audiretur ibidem.
 Prostrati pariter vir sanctus et inde minister
 Orabant Dominum solita pietate suimet,
 Ut daret audiri sibi talia. Pulvere rursum
 15 Erectis senior interrogat ipse: 'Quid audis'?
 Tunc ait: 'Attendo voces super astra canoras,
 Sed genus ignoro'; cui talia protinus ille:
 'Domnus Martinus migravit carne solutus,
 Quem super astra canens exercitus angelicus fert,
 20 Utque esset mora quantula ut hec raperentur in . . .
 Vi magna Sathanas temptavit eum retinere,
 Sed nichil hic proprium trutinans confusus ha(bivit).

III, 12 Vor 'almus' ist 'omnibus' getilgt. IV, 3 'post matutinos hymnos' Greg. 5 'Vocatumque archidiaconum interrogavit' Greg. 7 'Respondit: Nequaquam; tunc ille: Diligenter, inquit, ausculta'. 8 'Iuniorum' H. 9 Met. XV, 516 'arrectisque auribus'. 10 'Sed puto quod tanti non clericus ille fuisset' H 1, 'Sed nec cum certe . . puto . . te fuisse' übergeschr. 'Sed non equalis meritis'. 11 'nichil' verb. 'non' H. 16 Art. Am. III, 311 'voce canora'. 20 'Utque parumper ut hec audirentur mora fiat' H 1, 'in . . re' H., 'Et ut parumper morae esset, ut haec audirentur, diabolus' etc. Greg. Von v. 22 an ist ein Stück des Textes abgerissen.

- Ve nobis: quotus aut quis erit peccantibus
 Si Sathane licuit tantum temptare (patronum).
 25 Hec memorante pio seniore remisit
 Turonicam, qui tale requireret hucque (rediret),
 Qui veniens presente nota, presente sub h(ora)
 Collegit satis esse ratum, sacer ut Severinus
 Audierat super astra chorum paulo ante cano(rum).

V.

- Ipso namque die pater Ambrosius, sacra cuius
 f. 59. Pagina vel flores sermonum climate vernant,
 Stabat apex urbis Mediolanensis honestus,
 Cui festo celebri tunc missas concelebranti
 5 Mos erat, ut veniens lector cum codice nunquam
 Antea quid legere presumeret officii, quam
 Sanctus iussisset; factum est ut mane die ipsa
 Fronte prophetica iam lecta, stante ministro
 Ante sacras aras qui docti seria Pauli
 10 Proferret, sacer antistes Ambrosius are
 Obdormiret hihans, quod multi crebro videntes,
 Hunc expergisci cum non presumeret ullus,
 Transactis spaciis horarum ferme duarum
 Evigilaverunt dicentes: 'Preterit hora',
 15 Iam iubeat legere lectorem domnus, hanelos
 Dimittat populos; respondit atque sacerdos:
 'Turbari nolite, precor, quoniam sopor in me
 Irruerit, quem teste Deo feliciter hausi
 Sicque hodie est concessa mihi nova visio carpi.
 20 Nam volo, noveritis sublatum de medio (esse),
 Martinum meque exequiis servisse per horam.
 Funereo grege dimisso sine mora reliqui
 f. 59'. Conplendum vobis capitellum stante tumultu'.
 Illi mirantes signoque novo properantes
 25 Dinumerando dies tempusque notando vicissim
 Indubitanter eam repererunt circiter horam
 Martinum migrasse polum, ut dixerat almus
 Confessor proprio se deservisse feretro.
 O celebrem super astra virum, quo carne soluto

23 'Quid ergo de nobis peccatoribus erit, si tanto sacerdoti voluit pars inimica nocere?' Greg. 25 'Turonus misit velociter, qui haec diligenter inquireret' Greg. 29 'subper' 'h' get. V, 2 Ueber 'climate' steht 'orbis'. 6 'perlegere' 'per' getilgt H., 'imperiiis' verb. 'officii' H. 7 'dixisset' verb. 'iussisset' H. 13 'paciis' H. 19 'Estque hodie' verb. 'Sicque', übergeschr. 'est' H. 20 'martinum' verb. 'sublatum' H., 'Nam noveritis fratrem meum Martinum sacerdotem egressum fuisse de corpore' Greg. 21 'Sublatum' verb. 'Martinum' H., 'soluisse ' H 1. 22 'Omnibus expletis ex more mihiq[ue] peractis' H 1. 23 'Tantum non clausi' H 1 'capitellum tantum vobis excitantibus non expleri' Greg. 29 'Ob' verb. 'O' H

- 30 Sanctorum numerus canit, angelicus fovet ordo,
 Obvia concurrunt simul agmina climatis alti;
 Presumptor Sathanas confunditur atque feritur,
 Spem metit ecclesia, virtute stat ordo, redundant
 Laude sacerdotes. Quem Michael angelus alis
 35 Sustulit, assumpsit cum virginibus pia virgo,
 Cum sanctis retinet paradisi munere letum.
 Sed quid temptamus non dignum laudibus eius,
 Quod non sufficimus implere per amplius eius.
 Ipse est laus, cuius laus ne semel una recessit
 40 Illius ore viri, nunc lex secus excidit umquam.

VI.

Est opere precium coniungere materiei,
 Qualiter inde illuc translata sit aurea gleba
 Sancti Martini, quo turba fidelis adorat

30 'favet' verb. 'fovet' H. 33 'redundat' H. 36 Met XII, 208
 'Munere laetus'. 39 'aliquantio' verb. 'semel una' H. VI, 3 Ex
 Ponto IV, 14. 46 'turba fidelis erat'.

III.

Gedicht auf die Zerstörung Mailands.

Die Abschrift des nachfolgenden, meines Wissens bisher ungedruckten Gedichtes verdanke ich der Güte des Herrn Dr. Fr. Roediger in Florenz, der dasselbe in der Pergamenthandschrift Nr. 326 der Landau'schen Bibliothek entdeckt hat. Diese, dem 13. Jahrh. angehörig, stammt aus Camaldoli und ist ihrem Haupttheile nach ein Briefsteller; es folgen lateinische Gedichte, darunter einige, welche schon von Hahn in seiner *Collectio monumentorum* publiciert worden, ferner das dem Petrus de Vineis zugeschriebene 'Cum satis affligat me ferri maxima moles'. Am Ende f. 54—55 steht unser Gedicht, dessen Ueberlieferung leider manches zu wünschen übrig lässt, die eigenthümliche Schreibung einzelner Worte habe ich nicht geändert.

Die Dichtung, in Hexametern verfasst, giebt sich als ein Zwiegespräch zwischen der Stadt Mailand und einem fremden Wandersmann, der mitfühlend ihr Leid beklagt. Die im März 1162 stattgehabte Zerstörung wird vorausgesetzt, auf die zu hoffende Wiederherstellung aber am Schlusse deutlich hingewiesen. Da diese durch den Lombardenbund seit dem 27. April 1167 ins Werk gesetzt wurde, so würde durch diese beiden Jahre die Zeit der Entstehung begrenzt sein, wenn wir das Gedicht für völlig gleichzeitig halten dürften. Immerhin ist mir dies das Wahrscheinlichere, wenn auch allerdings ein jüngerer Ursprung nicht geradezu unmöglich wäre. Der tatsächliche Inhalt ist ja nicht sehr reich, der Dichter bewegt

sich mehr in allgemeinen Betrachtungen und Klagen, die auf jede zerstörte Stadt passen würden; was er aber an Einzelheiten berührt, steht mit andern geschichtlichen Zeugnissen wenigstens im Einklange, so die vielfach bezeugte Verstümmelung der Gefangenen¹ durch Friedrich I, die Preisgebung andrer gegenüber den Geschossen der eigenen Partei, wie dies bei der Belagerung der mit Mailand so eng zusammenhängenden Stadt Crema geschehen ist², auch die Misshandlung durch die Unbilden der Witterung³. Dass Hungersnoth und innere Spaltung zuletzt den Fall herbeiführten, entspricht ebenfalls der Geschichte⁴. Ganz richtig wird, wenn wir an den ersten Römerzug Friedrichs I. (1154) zurückdenken, der Kaiser ein siebenjähriger Feind der Stadt genannt⁵. Die Verschweigung seines Namens fällt bei einem Zeitgenossen, der ihn als allbekannt voraussetzen durfte, minder auf, als es bei einem später Lebenden der Fall wäre. Die Deutschen werden als Alemannen und mit dichterischer Freiheit als Lemani bezeichnet, da ja schon Isidor (Orig. IX, 2, 49) jenen Namen von dem Lemanus herleitet. Die Ungern scheint der Dichter (v. 103), wenn er nicht etwa die Böhmen meint, wegen ihrer Wildheit noch besonders hervorzuheben. Den Lombarden wird gleichfalls mit Recht die Schuld an dem Untergange Mailands beigemessen.

Der Dichter, jedenfalls ein patriotischer Lombarde, erinnert durch die Gewandtheit der Sprache einigermassen an den Verfasser des leider noch immer ungedruckten Epos *‘Inclita fert animus’*, doch glaube ich kaum, dass er mit diesem identisch ist. Den Vergil haben beide benutzt, unser Dichter jedoch in viel geringerem Masse, als der andere. Vielleicht hat er seinen Namen in den räthselhaften Worten des vorletzten Verses andeuten wollen, doch vermag ich ihren Sinn nicht zu entziffern.

DE DESTRUCTIONE CIVITATIS MEDIOLANENSIS.

O dolor, o damnum! cadis inclita Mediolanum

Seditione, fame, septenni traderis hosti.

Emulus exultat, satiatus sibilat anguis.

Te super exclamat: ‘Iam non est! Vicimus, euge!’

5 At nimis admirans miseranti voce viator,

3 ‘sitiatus’ Hs.

1) Ann. Mediolan. c. 21, Otto et Acerbus Morena (SS. XVIII, 372, 633—35). 2) Vincentii Prag. Ann. (SS. XVII, 678), Rahewini Gesta Frider. IV c. 57; Ann. Mediolan. c. 17, Otto Morena p. 614 u. a. 3) Ann. Mediolan. c. 22. 4) Chronica regia Colon. a. 1161 (ed. Waitz p. 108), Ann. Mediol. c. 21. 5) Vgl. Gotifredi Viterb. Gesta Frider. c. 21 v. 496 (SS. XXII, 318). 6) Rahewini Gesta Frider. III. c. 26, vgl. Gotifred. Viterb. a. a. O. c. 20 v. 481.

- 'Heccine', dixit, 'eras? Tune illa tremenda superbis
 Regibus et populis, Latii fortissima dextra,
 Italiae robur, furiosis ictibus umbo?
 Qualiter ergo iaces? Quali modo pulvere dormis?
 10 Unde tibi facies tam tristis et exterus horror
 Lumine, fronte, genis, labiis quoque, corpore toto?
 Nunc ubi priscus honos, ubi nunc color optimus olim,
 Dic, ubi nunc species, ubi flos, ubi gloria mundi?
 Terra, mare stupeant, elementa stupescite mundi,
 15 Pulvere strata iacet quia gloria Mediolani!
 Quis sapiens, demon, magus, incantator, aruspex,
 'Hoc ita', dixit, 'erit'? Set tu tot passa labores
 Et tantis subtracta malis casusque sinistri
 Conscia forte tui, ductus licet altus ab imis
 20 Suspiret sermone dolor, tamen incipe, queso,
 Dissere per causas quod sic miserabile miror'.

URBS.

- 'Nil mireris, homo, quia cuncta sub orbe iubentur
 Ordine factorum tandem labefacta perire.
 Quicquid Theba fuit, quicquid Troiana iuventus,
 25 Quicquid Roma potens, rota mendacissima stravit.
 Experienda fui fortune fraudibus iisdem.
 Sic cadet unda sequens venientque novissima tandem.
 Terra, mare stupeant, elementa stupescite mundi!
 Iam nichil est in eis nisi ventus, fumus et umbra.
 30 Quid cum fratre suo sibi iactet Cinthia tempus?
 Millia seclorum stragi dabit una dierum.
 Nil sibi iuris habet fluvialis machina mundi.
 Iam venit atra soror, repetat sua fata necesse est.
 Iam furit exactrix, iamdudum prodiga mundi
 35 Diripit orbis opes concessaque iura reposcit.
 Iam tremit hanc mundus, sua iam dispendia plorat,
 Se videt absummi putrefactaque membra perire.
 Iam dolor ascendit, gemitus suspirat acerbos,
 Iam prope singultus referens preludia mortis.
 40 Est etiam quedam dominarum follior omni
 Imperitans rebus et dictans iura caducis.
 Hec rota fortune est nimium levis atque rotunda,
 Et lasciva nimis, nimis uncta nimisque superba,
 Cursitat ad superos statimque recurrit ad imos,
 11 'labiisque' Hs. 18 'casuque' Hs., 'casusque' verb. Roed. 21 'mi-
 rabile' Hs. 22 'urbe' verb. in 'orbe' Hs. 39 'singultus' Hs. 41 'Im-
 perans' Hs., danach ist von zweiter Hand 'et' eingeschoben.

15 Ecl. VII, 54 'Strata iacent'. 17 Aen. VII, 421 'tot . . . patiere
 labores'. 20 Aen. I, 209 'altum . . . dolorem'. 24 Aen. I, 467, 699
 'Troiana iuventus'. 32 Luc. Phars. I, 80 'Machina . . mundi'.

- 45 Ludit et in miseris et nunquam lassa quievit.
 Ecce quot erumnis mundum Fortuna fatigat
 Et mortale genus quam vanida gloria pascat.
 Milles et orator, sapientia, clerus ad astra
 Me simul abstulerant, quam risit gloria mundi.
 50 Ipsa modo miseranda probo nimis omnia vana.

VIATOR.

- O michi, quam sapiens et adhuc miranda videris,
 Quam lacerum corpus, quantum tua lingua venustat.
 Quero tamen, que causa mali, que torva Megera
 Tot populos inflans sic in tua damna retorsit.
 55 Quero quidem causam, nam belli mille paratus,
 Insultus primos, loca multa redacta favilis,
 Innumeras cedes, passim sine lege rapinas,
 Fraudibus, insidiis, armis, sudore virili
 Opida strata solo, deiectas vertice turres,
 60 Naribus, aure, manu, pedibus mutilata virorum
 Millia, certatim fossi ludibria vultus,
 Alternis laqueis pendentia militis ora,
 Eventus belli varios longosque labores,
 Quin etiam facinus quod barbarus orreat omnis,
 65 Monstra nefanda nimis, spectacula dura parentum,
 Scilicet insontes pueros data pignera pacis
 Consortes fidei, fidei quoque signa gerentes,
 Quales sepe fuit feritas miserata leonum
 Ignis et erubuit Caldei vasta vorago,
 70 Ad lapidum fulmen puerilia membra revinctos
 Sub nive, sub pluvia positos, sub sole, sub astris,
 Mox et in ora patrum (missos) miseranda suorum
 Cum domini signis lapidoso fulmine fractos.
 Quod scelus et Farii superavit monstra tyranni
 75 Et Diomedis equas tot matrum luctibus altas
 Aut etiam Siculi succensa metalla iuveni.
 Hec, inquam, tot plena malis tua prelia monstras,
 Set famis et stimulus et scisma quod inter obortum
 Omne malum superans tandem tua menia stravit,
 80 Hec satis audiui nec quero retexere longa.

URBS.

Quo modo sic memoras, o quantum miror, amice,
 Quisquis es? Unde tibi, peregrinus namque videris

- 51 'miseranda' Hs. 66 'Silicet' Hs. 72 'missos' fehlt in der Hs.
 77 'monstis' Hs.

46 Aen. VI, 533 'quae te Fortuna fatigat'. 52 Met. VI, 562 'lacerum . . corpus'. 53 Aen. XI, 480 'Causa mali tanti'. 63 Aen. X, 160 'Eventus belli varios'. 72 Aen. I, 95 'ante ora patrum'. 75 Aen. I, 752 'quales Diomedis equi'. 79 Aen. VI, 736 'omne malum'.

Cultor et extreme faciem signantis arene.

Hei michi quod signum, quae lingua, quis aeris huius

85 Presul ad usque nigros mea vulnera detulit Indos.

Hec prius expedias, satis ad quesita redibo

Responsura tibi, dic quo modo noveris ista.

VIATOR.

Sedibus e variis docuit me Fama volasse

Innumeras gentes, volucrique per aera saltu

90 Alta sedens curru, tremulo comitata cliente,

Effrenis subvecta rotis discursibus implet

Aerios campos variis confisa loquelis.

Sepe tuum miserata malum tua bella canebat.

O quanto strepitu quantoque sub axe boatu

95 Sepius his nostras verbis conterruit aures:

‘Viribus imperii totis iuratur in arma

Degeneratque prior gravitas Latialis, at illa

Transalpina domus viduatur amore furenti.

Ad Latii crassatur opes imposta iuventus.

100 Tuque sub Augusto duo sceptrā, Lemane, tulisti:

Armigravem Renum, precium diadematis urbem.

Gens etiam faretris et acuto nota galero

Impia, bruta nimis, calamorum millia portat.

Nec tamen hiis sese valet exatiare tyrannus

105 Nequicieque modos omnes expendit in uno.

Eloquar an sileam, quid monstra tyrannica temptent?

Ha scelus infandum, quod nulla nec orreat auris,

In pecudem brutescit homo ratione relictā.

Impiat ora, manus, tumidusque superbit ad astra,

110 Erigit ecce sibi statuam Babilonius heros.

Imperat, edicit, populusque coactus adorat.

Privat honore bonos et iniquis premia solvit.

Mactat honore malos flammisque recenditur insons.

Una columba gemit, sceleratus adulterat illam

115 Infami numero, celumque remiscet Averno.

Omnia confundit, perit et reverentia celi,

Mors furit in terris, ubi preminet ebria virtus.

Quid puer in populum, quid contra millia solus?

In consorte suo iam vester seviat ensis,

120 Set quod in usque Deum vos efferat impius ardor,

Non pudet incepti, quod et omnibus una sititur

Ambrosiana domus tantisque lacessitur armis?’

85 ‘nostra’ Hs.

91 ‘Efferenis’ Hs. ‘imples’ Hs.

118—120 sind

dunkel.

89 Aen. VI, 706 ‘innumerae gentes’.

90 Aen. VI, 837 ‘Alta sedet’.

93 Aen. IV, 14 ‘quae bella . . canebat’.

102 Georg. II, 125 ‘gens illa

. . non tarda pharetris’.

106 Aen. III, 39 ‘Eloquar an sileam’?

- Talia Fama loquens dum sic clamaret ubique,
 Orruit ipsa sibi tenuesque refugit in auras.
 125 Ergo tuis tantisque malis narranda per evum
 Scire velim, quis in arma Deus, quis Syrius ardor,
 Scorpio, Saturnus, que Martis prodiga virtus
 Seu furor infernus Stigiaque palude vaporans
 Eumenis evomuit tot bella, tot arma, tot hostes,
 130 Tot scelerum segetes, tot retia demoniorum?
 Totne Megera viros vomuit, tot gurgues abyssi
 Ructavit populos? Dic tu tot millibus unam
 Strata malis causam, si verum conscia nosti.

URBS.

- Heu nimium tibi vera loquar. Non Syrius ardor,
 135 Scorpius aut aries, non Mars nec avara supremi
 Stella senis, set iusta mei sententia patris,
 Quem nimis offendi, tottot dedit arma furori.
 Urbs ego nam fueram multis clarissima seclis.
 Pallade, Marte, viris, opibus nimis alta ferebar.
 140 Ortus et occasus, mare, flumina, sexus uterque,
 Omnia laude meum tulerant ad sydera nomen.
 Heu michi, quam varias variat sors leta figuras,
 Quam lete segeti dedit hec pinguedo ruinam!
 Ecce superba tumens, gradiens cervice supina,
 145 Alta superciliis, potui nescire quid essem.
 Nam male cauta tamen tam splendida munera patris
 Post mea terga dedi, vitiis quoque colla subegi.
 Sanguis, adulterium, periuria, fama, rapine,
 Hec sunt, que Domino tantis ingrata rependi.
 150 At pater et dominus miserandus, blandus et asper,
 Quique bipennifero grave fulgorat ore superbis,
 Patre tamen melior, domino moderator omni,
 Iudicii parcus, venie largissimus hosti,
 Tartareos ignes levibus dum pensat habenis,
 155 Me prius indomitam manibus conclusit iniquis.
 Hinc puto quod Dominus permisit sceptrum tyranno.
 Non ego cognovi: sic penas denique solvo,
 Ipse nec agnovit, quod et esset virga furoris.
 Virga furoris erat: baculi tamen arsit in ira
 160 Excedensque modum plus iusto perstitit Assur.
 O quam dira lues, quam diro crine cometa
 129 'evonuit' Hs. 144 'timens' Hs. 158 Viell. 'Ipsa nec
 agnovi'. W.

124 Aen. V, 861 'tenues se sustulit . . ad auras'. 128 Aen. VI, 323
 'Stygiamque paludem'. 134 Aen. IV, 657 'heu nimium'. 141 Ecl.
 IX, 27 'tuum nomen . . ' 29 ' . . ferent ad sidera'. 143 Georg. I, 1
 'laetas segetes'. 160 Luc. Phars. II, 142 'Excessit medicina modum'.
 161 Georg. I, 488 'diri totiens arsere cometae'.

- Orruit in superis, ubi follibus ambitionis
 Extumuit princeps ac prevalet ira potenti.
 Tunc redit Anthiocus, redeunt ad funera fratres,
 165 Tunc redit Herodes, redeunt ad sceptrā Nerones.
 Altus enim sceptris, dominandi felle recoctus,
 Faucibus accensis varias impectorat iras,
 Dumque potestati nimium delaxat habenas,
 Sordida sorde trahens parit, auget ubique ruinas.
 170 Hinc seges scelerum fremit, hinc Babilonia pestis,
 Complicat hinc serpens spirans et retia mortis.
 Hinc ego sic iaceo; sic una tot ictibus intus
 Tandem succumbo, ferri quoque iura resigno.
 Si tamen expectas, quae prima retorsit Herinis
 175 In me tot furias: tellus, mare, sydera dicent,
 Filius invidie Lombardus adegerit illas.

VIATOR.

- Ha video, video, vere fuit invida pestis
 Propria Lombardi, quae tot portenta malorum
 Traxit ad excidium tibi, nobile Mediolanum.
 180 Lombardi Bardi, quae vos concordia demens
 Egit in has furias, ut vestro robore fracto
 Sub iuga vos omnes sic barbarus angeret hostis?
 Ha miseri, miseri, sic fracti fluminis aptos
 Edomat ira canum miserosque retractat in usus.
 185 Sic levior, sic error agit, sic impia proles
 Viperei fetus rupere cubilia matrum.
 Tu tamen in populis urbs florentissima quondam,
 Spes Latii, Romana salus, pars inclita mundi,
 Spem tibi ne tollas: nam desperare salutem
 190 Triste nefas miseris et proxima mortis ymago:
 Sors vero si certa fuit, si firmiter hesit,
 Certior inde satis sors et tibi leta redibit.
 Spes etenim magnas iam sepe recondidit urbes
 Consilioque suo populis et honoribus auxit.
 195 Spes urbem sanctam templum murosque refecit.
 Non negat Eufrates nec fertilis accolla Nilli;
 Spes Romana suo reparavit menia civi,
 Utque referret opes tulit exulis arma Camilli.
 Ha quotiens, quotiens mirandis cladibus olim
 200 Punicus ille leo, Romani sanguinis haustor,
 Alpibus edomitis digitalia signa triumphans,
 170 Viell. 'Hincque'. W. 185 'sit error' Hs. 191 'sors tibi' Hs.

168 Aen. I, 63 'laxas . . habenas'. 180 Aen. IX, 601 'quae vos dementia adegit'. 189 Aen. II, 354 'nullam sperare salutem'. 190 Aen. II, 184 'nefas . . triste'; 369 'plurima mortis imago'. 196 Georg. IV, 288 Accolit . . Nilum'.

- Calce reconculcans aquilas et colla Quirini,
 Ha quotiens miseram viduavit civibus urbem!
 Non modo forte suam iactaret Romulus arcem,
 205 Nec modo spiraret Romani nominis aura,
 Ni miseri civis tunc Spes miserata ruinam
 Armasset iuvenem servusque coisset in armis.
 Subvenit hec victis pia semper tristibus augur,
 Inque mali medio prior et bona nuncia portat.
 210 Excitat hinc animos, dat vires, vindicat arma,
 Prosilit in campum belli, subit ipsa periculum.
 Pro miseris pugnat, pro victis bella resummit,
 Ensibus et mediis nunquam nisi leta videtur.
 Parturit hanc vindicta prior, set stella ministrant
 215 Condicio victi, victoria proxima semper.
 His tribus ex stimulis audaci milite pugnans
 Vincit victores et victis victor ovatur.
 Quid dicam de spe varia, spes preminet arte,
 Millitat, edificat, sitit et ieiunat et orat,
 220 Et serit et plantat, terre, maris equora sulcat.
 Sepe retemptat idem studiorum sedula cura,
 Sarcit item tabulas itidemque renavigat undas:
 Tandem fine suo veniens felicius aura
 Mane serena refert et nubila sidere pensat.
 225 Hanc precor, ergo ducem, precor, hanc secteris amicam.
 Blanda quidem tibi semper erit reprimetque dolores,
 Hac promissa dabit melioris nuntia forme.
 Hoc tamen interea sanctum reverere flagellum,
 Nam pater iste tuus, quem diligit, ipse flagellat.
 230 Virga paterna fuit, non duri vindicis ensis;
 Temperat illa minas, hic fortius aggerat iras;
 Hic tonat, illa vocat, hic fulminat, illa coronat.
 Hac Deus esse pater, pater hoc Deus esse probatur.
 Hinc mors, inde salus; furor hinc, amor emicat inde.
 235 Non furor ergo fuit, non sanguine tincta bipenis,
 Virga fuit: medicina fuit referetque salutem.
 Pallor habet faciem, viret in precordia sanguis,
 Os tenet offitium, satis hec sunt signa salutis.
 Nec tu sola iaces, sicut prius ipsa tulisti,
 240 Sepe set innumeras similis fortuna rotavit.
 Si decumana suis te stravit viribus unda,

204 'Remulus' Hs. 214 Viell. 'tella' d. i. 'tela'. W. 227 'Hac'
 d. i. 'Ac'. 231 L. 'aggravat'. W.

203 Aen. VIII, 571 'tam multis viduasset civibus urbem'. 220 Aen.
 X, 197 'sulcat maria alta'. 229 Hebr. 12, 6 'Quem enim diligit dominus
 castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit'. 231 Aen. IV, 197,
 XI, 342 'atque aggerat iras'. 237 Aen. X, 452 'coit in praecordia
 sanguis'.

- Confortare tamen, mediis evaditur undis.
 Tu modo ne dubites nec plaga remurmuret unquam:
 Arguit unda Petrum, populum vastaverat ignis,
 245 Ergo memento tui gratesque repende parenti.
 Qui dedit, hic aufert; qui vulnerat, ille medetur.
 Visus hebes fuerat, vitiaverat ora senectus:
 Sol acuet visum, lapis immoderata recidet;
 Risit flore novo sedatis imbribus estas,
 250 Et mala sic febris fugiens meliora reportat.
 Ergo lava lacrimas, speciem vestire priorem.
 Nam rota si scandat, referent meliora ruine.
 Exue iam nebulam facie, caput erige sursum.
 Ne timeas, gravis unda fugit, spem perdidit hostis.
 255 Nidum stravit humi, set pullos extulit aer:
 Vere novo validi stratum geniale parabunt.
 Palluit icta parens, catulos tamen abdidit antrum.
 Pectora firmati rediment sua damna leones.
 Plus ego plura loquens tecum, miseranda, manerem,
 260 Set tu fessa doles; me cogit et Hesperus ire.
 Versiculum cecinit, quem montibus indicat ara,
 Quem promissa cibant, quem gratior induat aura.
 252 'sic' Hs.

246 Iob. 5, 18 'quia ipse vulnerat, et medetur'. 249 Georg. IV, 142
 'in flore novo'. 256 Georg. I, 43 'Vere novo'. 260 Ecl. X, 77 'venit
 Hesperus, ite capellae'.
